

profanos conocer esas instrucciones, sábese sin embargo, por revelacion nada menos que del cardenal Simeoni, Prefecto de la Propaganda, los puntos á que se contraen las mismas.

Estos son cuatro: el primero referente á la enseñanza sacerdotal superior, que comprenderá un curso de dos años de filosofía y de tres de teología, un estudio más extenso de las ciencias físicas, segun lo reclaman las exigencias de la época, y una exégesis bíblica más amplia, por medio del estudio de la historia eclesiástica y el derecho canónico.

Versa el segundo punto sobre el nombramiento de consultores episcopales que serán conocidos con el nombre de canónigos (equivalentes á los capitulares romanos y con derechos semejantes), y sobre la limitacion del número de rectores en cada diócesis.

El tercer punto propende á perfeccionar el sistema de nombrar los candidatos para el episcopado.

El cuarto y último punto tiene por norte el mejoramiento del sistema que ha de observarse en las visitas pastorales á la diócesis, y las reglas que han de seguirse para la creacion del clero diocesano. También se propondrá la creacion de tribunales eclesiásticos encargados de juzgar y dirimir cuestiones de disciplina, y de dar cuenta de los abusos resultantes de los bailes y fiestas campestres y otras diversiones, como tambien de la conservacion y adelantamiento de las escuelas católicas y de la propiedad eclesiástica.

Las resoluciones que sobre este particular sean aprobadas por el

concilio, pasarán á Roma, y una vez confirmadas por la Santa Sede, constituirán la ley canónica de los Estados Unidos.

Puesta ya la planta de nuestro periódico, hemos tenido necesidad de cambiarla para dar lugar á lo que sigue, que acabado de llegar de Roma en un suelto, nos hemos apresurado á traducir.

“El Santo Padre recibió en audiencia privada, el 1.º del corriente, al Illmo. y R. M. Ernesto Colognesi, Clérigo de la R. C. A. y al C. expedicionero Apostólico Enrique Angelini, los cuales tenian el honor de poner en las manos de su Santidad una generosa oferta que habian recibido de los tres SS. Arzobispos de México y de algunos de sus sufragáneos, como una grata conmemoracion que hacian de su natalicio.

El Santo Padre quedó profundamente conmovido á vista de las repetidas pruebas de afecto de tan egregios Prelados, que con ejemplar constancia vienen todos los años en socorro de las necesidades en que se encuentra la S. Sede. Expresó otras veces más su vivo deseo de ver, cuanto ántes, reanudadas las amigables relaciones entre la Silla de San Pedro y aquella República; impartiendo de lo íntimo de su corazón su Bendicion Apostólica á los citados Prelados, á sus Diocesanos, y á los comisionados.”

COLECCION

DE

Documentos Eclesiásticos.

Imp. de N. Parga.

Resp., Tomas Gonzalez.

Tom. 4.

Guadalajara, Marzo 8 de 1884.

NUM. 29.

SECCION I.

Disposiciones generales de la Iglesia.

A consecuencia del Decreto de la Sagrada Congregacion de Ritos de 5 de Julio del año próximo pasado 1883, confirmado por Nuestro Santísimo Padre el Sr. Leon XIII, en que se concede la recitacion de los oficios votivos en lugar de los feriados que se habian de rezar en los dias vacantes á resultas de la supresion de translaciones decretada anteriormente, se suscitaron algunas dudas acerca de los términos de dicho decreto, las que se dignó resolver la misma Sagrada Congregacion del modo siguiente:

Decretum quo varia resolvuntur dubia quoad recitationem Officiorum votivorum per annum, loco feriale.

Quum nonnulla eborta sint dubia circa indultum generale á SS. Domino Nostro Leone Papa XIII datum per Decretum Sacrorum Rituum Con-

gregationis sub die 5 Julii nuper praeteriti quoad recitationem Officiorum Votivorum per annum loco feriale, Sacra eadem Congregatio sui muneris esse censuit ea sedulo examini subicere, atque exinde authenticam declarationem emittere.

Quapropter idem Sacer Ordo sub signata die ad Vaticanum in particulari coetu coadunatus insequentia dubia expendenda suscepit, nimirum:

I. ¿An verba Indulti “quoad privatam vero recitationem ad libitum singulorum de clero” intelligenda sint de eis tantum qui nullo canonico titulo ad Chorum tenentur?

II. ¿An statuta, de consensu Capituli, seu Communitatis ab Ordinario approbata, recitatione Officii votivi, liceat quodcumque ab ea recitatione recedere?

III. ¿An indultum ipsum ita acceptari possit, ut quibusdam anni diebus de Feria alis vero de Votis Officiis in choralis recitatione agi valeat?

Emmi. porro ac Rmi. Patres, om-

nibus accurate perpensis, sic rescribere rati sunt.

Ad I. *Affirmative.*

Ad II et III. *Negative.*

Atque ita rescripserunt, declaraverunt, ac servari mandarunt. Die 10 Novembris 1883.—D. Cardinal. Bartolinus S. R. C. Praefectus—Laurentius Salvati S. R. C. Secretarius.

De aquí se deduce:

1.º La confirmacion del privilegio concedido en el decreto de 5 de Julio anterior: que en la recitacion privada, todos los individuos del clero que no estén obligados al coro, pueden rezar segun su voluntad, [*ad libitum singulorum*] ó los oficios votivos distribuidos por la semana, ó los oficios feriales, en los dias que quedan desocupados á virtud de la novisima reforma de las traslaciones.

2.º Que los Cabildos ó Comunidades eclesiásticas que tienen obligacion de la recitacion en el coro, pueden adoptar los oficios votivos precitados, y una vez aprobada por el ordinario esa resolucion, quedan obligados á observarla todos los que con cualquier título deban asistir á coro; pues las obligaciones del cuerpo pesan tambien sobre cada uno de sus miembros.

3.º Que tomada una vez esa determinacion, ha de ser absolutamente conforme al decreto citado de 5 de Julio, sin poder separarse de ella, ni adoptar los oficios votivos en

unos dias y dejar en otros los feriales; sino son las ferias exceptuadas para todos en el dicho decreto, que son la de ceniza, las de tiempo de Pasion y las de Adviento desde el 17 hasta el 24 de Diciembre *inclusive.*

Decreto, ordenando la invocacion de la Virgen Regina Sanctissimi Rosarii, Ora pro nobis, en las letanias lauretanas.

DECRETUM.

URBIS ET ORBIS.

Ad praesidium columnenque militantis Ecclesiae virum sanctissimum excitavit misericors Deus, Dominicum Guzmanum, inclitum Ordinis Praedicatorum Conditorem et patrem qui pugnare pro Ecclesia catholica aggressus est, maxime precatione confisus, quam sacri Rosarii Mariani nomine primus instituit, et per se suosque Alumnos longe lateque disseminavit. Admirabilem hanc orandi formulam nobilis instar tesserae christianae pietatis Catholici semper habere consueverunt. Quare vix ac Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII ad opem á Jesu Christo per Mariam Virginem Ejus Matrem praesentibus necessitatibus impetrandam, integrum mensem Octobrem Rosarii precibus in toto catholico Orbe hoc anno exigendum, encyclisis datis Litteris, in-

dixit; ubique sacrorum Antistites et fideles populi, supremi Pastoris voluntati obtemperantes, frequentissima Rosarii recitatione pietatis suae et dilectionis erga Dei Matrem peramantissimam splendida argumenta exhibuerunt, certam spem foventes, eadem Beatissima Virgine opitulante, á coelesti misericordiarum Patre in presentibus tam privatis, quam communibus christianae reipublicae calamitatibus efficacius optata subsidia impetraturos.

Jam vero Sanctissimus Dominus Noster summopere cupiens tum augeri cultum erga ipsam augustam Dei Genitricem hac praesertim orandi consuetudine eidem Virgini gratissima, tum Christifideles ad hoc obsequium Ei praestandam magis magisque excitari, humillimas preces sibi oblatas á Rmo. P. Josepho Maria Larroca Magistro Generali Ordinis Praedicatorum, nimirum ut Litaniis Lauretanis addendam indulgeat, Reginae á Rosario invocationem, quae jandudum apud Dominicanam Familiam in usu est, benigne ac perlibenter excepit. Voluit propterea Sanctitas Sua praecepitque, ut ceteris Litaniarum Lauretanorum Beatae Mariae praeconiis, et hoc in Ecclesia universa in posterum addatur postremo loco, scilicet *Regina Sanctissimi Rosarii, ora pro nobis.*

Mandavit praeterea super his expediri Litteras in forma Brevis. Contrariis non obstantibus quibuscum-

que. Die 10 Decembris 1883.—D. Cardinalis Bartolinus S. R. C. Praefectus.—L. † S.—Laurentius Salvati S. R. C. Secretarius.

Letras Apostólicas en forma de Breve á que se refiere el mandato anterior.

LEO PAPA XIII

Ad perpetuam rei memoriam.

Salutaris ille spiritus precum, misericordiae divinae munus idem et pignus, quem Deus olim effundere pollicitus est *super domum David et super habitatores Jerusalem*, etsi numquam in Ecclesia catholica cessat, tamen experrectior ad permovendos animos tunc esse videtur cum homines magnum aliquod aut ipsius aut reipublicae tempus adesse vel impendere sentiunt. Solet enim in rebus trepidis excitari fides pietasque adversus Deum, quia quominus apparet in rebus humanis presidii, eo major esse caelestis patrocinii necessitas intelligitur.—Quod vel nuper perspexisse videmur, cum Nos diuturnis Ecclesiae acerbitatibus et communium temporum difficultate permoti, pietatem christianorum per epistolam Nostram Encyclicam appellantes, Mariam Virginem sanctissimo Rosarii ritu colendam atque implorandam Octobri mense toto decrevimus. Cui quidem voluntati Nostrae obtemperatum esse no-

vimus studio et alacritate tanta, quantam vel rei sanctitas vel causae gravitas postulabat. Est enim neque in hac solum Italia nostras sed in omnibus terris pro re catholica, pro salute publica, supplicatum: et Episcopis auctoritate, Clericis exemplo operaque praeantibus, magnae Dei matri habitus certatim honos. Et mirifice sane Nos declaratae pietatis ratio multiplex delectavit: templa magnificentius exornata: ductae solemniter pompae: ad sacras conciones, ad synaxim, ad quotidianas Rosarii preces magna ubique populi frequentia. Nec praeterire volumus quod gestienti animo accepimus de nonnullis locis, quos procella temporum vehementius affligit: in quibus tantus extitit fervor pietatis, ut presbyterorum inopiam privati redimere, quibus in rebus possent, suomet ipsi ministerio maluerint, quam sinere ut in templis suis indictae preces silerent.

Quare dum praesentium malorum sensum spe bonitatis et misericordiae divinae consolamur, inculcari bonorum omnium animis intelligimus oportere, id quod sacrae Litterae passim aperteque declarant, sicut in omni virtute, sic in ista, quae in obsecrando Deo versatur, omnino plurimum referre perpetuitatem atque constantiam. Exoratur enim placaturque precando Deus: hoc tamen ipsum, quod se exorare sinit, non solum bonitatis suae, sed etiam

perseverantiae nostrae vult esse fructum. Talis autem in orando perseverantia longe plus est hoc tempore necessaria, cum tam multa Nos tamque magna, ut saepe diximus, circumstant ex omni parte pericula, quae sine praesenti Dei ope superari non possunt. Nimis enim multi oderunt *omne quod dicitur Deus et colitur*: oppugnatur Ecclesia neque privatorum dumtaxat consiliis, sed civilibus persaepe institutis et legibus: christianae sapientiae adversantur immanes opinionum novitates, ita plane ut sua cuique et publica tuenda salus sit adversus hostes acerrimos, extrema virium coniuratos experiri. Vere igitur hujus tanti proelii complectentes cogitatione certamen, nunc maxime intuendum animo esse censemus in Jesum Christum Dominum Nostrum, qui quos nos ad imitationem erudiret Sui, *factus in agonia prolixius* orabat.

Ex variis autem precandi rationibus ac formulis in Ecclesia catholica pie et salubriter usitatis, ea, quae Rosarium Mariale dicitur, multis est nominibus commendabilis. In quibus, quemadmodum in Litteris Nostris Encyclicis confirmavimus, illud permagnum, quod est Rosarium praecipue implorando Matris Dei patrocinio adversus hostes catholici nominis institutum: eaque ex parte nemo ignorat, sublevandis Ecclesiae calamitatibus idem saepe et multum profuisse. Non solum igitur priva-

torum pietati, sed publicis etiam temporibus est magnopere concentaneum istud precandi genus in eum restitui honoris locum, quem diu obtinuit, cum singulae christianorum familiae nullum sibi abire diem sine Rosarii recitatione paterentur. His Nos de causis omnes hortamur atque obsecramus, ut quotidianam Rosarii consuetudinem religiose et constanter insistant: itemque declaramus, Nobis esse in optatis ut in Dioeceseon singularum templo principie quotidie, in templis Curialibus diebus festis singulis recitetur. Huic autem excitandae tuendaeque exercitationi pietatis magno usui esse poterunt familiae ordinum religiosorum, et praecipuo quodam jure suo sodales Dominicani: quos omnes pro certo habemus tam fructuoso nobilique officio minime defuturos.

Nos igitur in honorem magnae Dei genitricis Mariae, ad perpetuam recordationem implorati ubique gentium per mensem Octobrem a purissimo Ejus Corde praesidii, in perenne testimonium amplissimae spei, quam in Parente amantissima reponimus; ad propitiam ejus opein magis ac magis in dies impetrandam, volumus ac decernimus, ut in Litanis Lauretanis, post invocationem, *Regina sine labe originali concepta*, addatur praeconium, *Regina sacratissimi Rosarii, Ora pro nobis*.

Volumus autem, ut hae Litterae Nostrae firmataeque, uti sunt, ita in posterum permaneant: irritum vero et inane futurum decernimus, si quid super his a quoquam contigerit attentari: contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum

sub annulo Piscatoris die XXIV Decembris An. MDCCCLXXXIII, Pontificatus Nostri Anno Sexto.—Th. Card. Mertel.

SECCION II.

Disciplina particular de la Diócesis.

CIRCULAR

del gobierno eclesiástico del Arzobispado de Guadalajara.

Sr. Cura

He recibido últimamente dos respetables é importantes documentos emanados de la Santa Sede, que á continuacion inserto traducidos al español; y son como sigue:

LEON XIII PAPA,

Ad perpetuam rei memoriam.

Aunque nunca falte en la Iglesia católica ese saludable espíritu de oración que Dios prometió en otro tiempo extender en la casa de David y en los habitantes de Jerusalem; es conveniente, no obstante, excitar más vivamente á las almas, cuando los hombres temen como inmediato ó amenazante, un gran peligro para la Iglesia ó el Estado.—En efecto, en las horas de inquietud, la piedad y la fé en Dios se excitan más que de ordinario, porque mientras ménos socorros humanos pueden esperarse en vista de los acontecimientos, más se comprende la necesidad de un patrocinio celestial.

Tal es lo que hemos podido observar recientemente, cuando conmovidos por las prolongadas amarguras de la Iglesia y por la dificultad de los tiempos en que estamos, hicimos un llamamiento á la piedad de los cristianos por nuestra Carta